



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

6. An sponsalia metu graui contracta valida sint, si iur amentum accedat;  
vel iuramentum seruandum sit, denec relaxetur? Et an tale iuramentum  
minimè obliget, & ita non indigeat relaxatione? Et ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76405](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76405)

# Tractatus Sextus

334

nis v/su, qui ad lethale peccatum sufficit?  
Et notatur sponsalia ob defectum etatis, vel v/su rationis nulla posse postea fieri valida, si post legitimam etatem, & v/su rationis expresse, vel tacite ratificentur a sponsis, modo sponsi sciante a se ipsis ante initia, sponsalia fuisse invalida?

Quod si nesciant sponsalia fuisse invalida, non sicut valida per ratificationem simul habitando, vel sibi oscula languam sponsis impingendo, vel mittendo munera, &c. sed debent consentire de novo? Ex part. 9. tr. 7. & Misc. 2. Ref. 6.3.

Sup. hoc su-  
pra in Ref. 3.

**S. 1.** Negatiu respondere Hursadus de matri-  
mon. disp. 2. diff. 14. n. 61. Castrus matri-  
monium in §. tom. 5. disp. 1. punct. 6. num. 8. & Pater Vasquez inter-  
rogatus de hac sententia. Et ratio est: quia alias dis-  
positio iuris, prescribens septennium, est frustato-  
ria: quia ex una parte, quando est v/su rationis perfectus ante septennium, validè sunt sponsalia secundum aduersarios: & ex altera, quando non est talis v/su rationis, etiam post septennium comple-  
tum, non sunt validè: ergo ad nihil deseruit dicta dispositio, quam si malitia supplet etatem, sponsalia eodem modo sunt, aut non sunt validè, siue ea dis-  
positio extet, siue non extet. Ratio autem à priori est:  
quia quamvis pro matrimonio iure ipso fiat exceptio malitiae supplens etatem; non tamen pro sponsali-  
bus: ergo absque iure, in modo contra ius ipsum abso-  
lutè absque exceptione requiriens septennium ad valorem sponsalium, admittitur dicta exceptio, que non sicut facta à iure: quia frustra fuisse facta dicta prescriptio etatis pro sponsalibus, que non fit fru-  
stra in matrimonio: quia malitia supplens etatem in matrimonio, non tantum est v/su rationis perfectus, ut est in sponsalibus; sed etiam potentia ad generandum expedita, que non solet esse expedita ante etatem requisitam pro matrimonio; ac proinde si ante eam est v/su rationis perfectus, & potentia expedita, validè sicut matrimonium, & post eam etiam validè sit, si v/su sit rationis perfectus, quamvis non sit potentia ad generandum expedita.

**2.** Sed, his non obstantibus, communiter affir-  
mativæ sententia adherent Doct. res, quos citat Sanchez tom. 1. lib. 1. disp. 16. num. 9. quibus addit Co-  
ninch. disp. 21. dub. 5. num. 51. Poncii lib. 12. cap. 5.  
num. 5. Rebellius lib. 4. quaest. 5. & alij. Et ratio est:  
quia septennium prescribitur, quia ante illud tem-  
pus v/su rationis perfectus non presomitur. Si ergo de v/su rationis presumptio fuerit, vel potius certi-  
tudo, cessar finis legis, & consequenter illius dis-  
positio. Et forte ob hanc causam dixit Iurisconsultus in  
leg. In sponsalibus, la 1. ff. de sponsalib. ad sponsalia fatis esse, quod sponsi, quid agant, intelligent. Et confi-  
matur exemplo matrimonij, pro quo contrahendo,  
esto, à iure requisitus sit in foraminis duodecimus annus completus, & in viris quartusdecimus. At si ma-  
litia, hoc est, potentia generandi, & discrecio ante illam etatem aliqui adueniat, validum matrimonium contrahet, cap. De illis, el 2. de desponsat, impuber. quia in eo cessat ratio, ob quam illa etas 12. & 14. annorum prescripta est: at eodem modo cessat in habente ante septennium perfectum v/su rationis. Ergo sponsalia ab eo contracta valida esse debent.

Sup. hoc su-  
pra in Re-  
f. 1.

**3.** Sed hic recte queritur, an ad sponsalia validè contrahenda sufficiat rationis v/su, qui ad lethale peccatum sufficit. Negat Henriquez lib. 11. cap. 13. n. 9. Re-  
bellius 2. part. lib. 4. quaest. 5. n. 1. Bonacina qu. 1. punct. 4.  
n. 4. Quia ad peccatum mortale sufficit consensus, & aduentitia mali presentis: ad sponsalia vero requiri-  
tur cognitio futurorum, cum sponsalia sint promissio futuri matrimonij. At maior requiritur v/su

rationis ad prouidentiam futurorum, quam ad con-  
fessum alium actus praesentis. Ceterum affirmativa sententia tenenda est, quam tuerit cum Sanchez, & Meracio P. Perez de mai. disp. 5. sect. 6. num. 4. quia v/su rationis ad culpam lethalem sufficiens factum est ad obligandum se Deo per votum simplex Religionis ergo & ad promittendum matrimonium: non enim ad hoc contrahendum sub grauior peccato obligabitur, quam ad illud faciendum, quod Deo vocare nec facilis huius voti relaxationem, quam possibili matrimonij consequi poterit. Ergo, &c.

**4.** Nota tamen, sponsalia ob defectum etatis, vel v/su rationis nulla, postea fieri valida, si post legitimam etatem, & v/su rationis expresse, vel tacite ratificentur a sponsis. Quod si commen-  
do de novo, vel simul habitando, vel libiculat tanquam sponsis, impingendo, vel mittendo munera, quae a sponsis mitti consueverunt; modo sponsi scient a se ipsis ante initia sponsalia fuisse invalida. Quod si nesciant sponsalia fuisse invalida, non sunt valida per ratificationem: sicut etiam ad ratifican-  
dam Professionem, vel votum invalidum, requiri-  
in ratificante scientia voti facti, & vel professionis, &  
nullitatis eius. Vnde, si quis ex errore, quo patet,  
priora sponsalia fuisse valida, ea ratificare possit, pro-  
cessus efficiet: & pariter si ex dubio de vota tam  
ea ratificet, non tenebitur, vbi nouerit fuisse nullam,  
quia ea ratificatio fuit ex errore, nec praefundita est  
voluntas se obligandi absoluta, sed soldum suppon-  
sione falsa valoris priorum sponsalium quidam contulisse ita se obligare, etiam sciret priora sponsalia fuisse nulla. Et ita docet Texeda in Tom. 1. matri-  
mon. 2. lib. 4. tract. 1. num. 67. & alij communiter.

## RESOL. VI.

An sponsalia metu graui contracta valida sit, si re-  
laxementum accedit, vel iuramentum feruandum si de-  
relaxetur?

Et an tale iuramentum minime obliget, & tamen indu-  
geat relaxazione?

Et notatur iuramentum metu extortum non solum con-  
firmare contractus alias invalidos, sed nec tamen  
obligare, & proinde nulla indigere relaxacionis  
part. 3. tr. 4. Ref. 277. alias 278.

**S. 1.** A Ffirmatiu responder Henriquez lib. 11.  
cap. 9. num. 6. & alij penes Sanchez vñio-  
frà, num. 2. saltem quoad obligationem iuramen-  
tum, quia iurans soluere v/suras, tenetur obtemperare iuramen-  
tum, ex cap. debitorum de iure iur. quoniam iura-  
mentum confirmet contractum. Ergo, &c.

**2.** Hac sententia, vt ait Aragon, in 2. que 89.  
art. 7. circa solutionem ad 3. §. sed & tra. est suis proba-  
bilis: sed ego contraria probabilitatem etiam  
esse puto, quam tuerit Sanchez de matrim. tom. 1.  
lib. 4. disp. 21. num. 3. & post illum Barbola in coll. tom. 2. lib. 4. tit. 2. cap. 11. n. 2. vbi sic ait: Nota quod  
sponsalia metu graui contracta non firmantur iura-  
mento, nec ratione illius obligant, aut relaxations  
indigent. Sic ille. Igitur dicendum est sponsalia metu  
contracta esse invalida, nec effici valida accedente  
iuramento, quia iuramentum metu extortum cum  
non confirmet contractum, relinquit illum in politi-  
no valore, aut nullitate: quare ex illis nullum exer-  
tur publica honestatis impedimentum. Vnde dignum  
est etiam tale iuramentum minime obligare, &  
ita non indigere relaxacionis. Probatu hæc opinio  
ex cap. ex litteris, de despons. impub. per quam irrita-  
funt sponsalia metu contracta, & Alexander de Ne-

*vo ibi num. 3. explicat in casu de quo loquitur Summus Pontifex in dicto texu interuenisse iuramentum.*

3. Addit quod dum contractus aliquis ob publicam utilitatem prohibetur, si iuramento stabilitur, iuramentum nullum parit obligationem, nec relaxatione indigeret. Sed hoc accidit in casu proposito. Ergo, &c. Vnde patet responso ad argumentum contrarie sententiae; nam contractus usurarii prohibit principaliter ad bonum priuatum, non enim interest reipublice, sive hic ciuius, sive ille pecuniam per usuram extortam comparet, sponsalia vero coacta ob publicam utilitatem interdicuntur.

4. Non relinquam hic tamen adnotare in gratianam Confessorum, esse probabilem illam sententiam, que afferit iuramentum metu extortum, non confirmare contractus alias inuidos, sed nec etiam obligare, & proinde nulla indigere relaxatione. Et ita docet Sanchez tom. 1. lib. 4. disp. 20. num. 3. in fin. & disp. 21. num. 5. in fin. licet ipse contraria sententia putet probabiliorem. Vnde stante probabilitate alterius sententiae multa iuramenta non obligantur, si metu extorta sunt, & facta ad confirmandos contractus ipso iure nullos.

## RESOL. VII.

*An in sponsalibus sufficiat consensu filii?*

*Et Resolutio huius dubij pendet ex illa questione: an promissione contractus sine animo se obligandi vero, sed tantum filio obliget promittentem?*  
*Et cunsum doceatur eum, qui scire promisit aliquam ducere, tantum teneri ratione danni illati, si corrumpit, non aliter?*  
*Et etiam deducitur, quod qui scire promisit, & sub ea spe virginem decepit, teneri implete promissum, etiam fidis partis conditione sit, vel in nobilitate, vel in diuitiis, dummodo reuera nullum aliud signum exteriorum faciat, quo indicaret dolo promittere? Ex part. 3. tr. 4. Ref. 204. alias 205.*

§. 1. **R**esolutio huius dubij pendet ex illa questione, an promissione contractus sine animo se obligandi vero, sed tantum filio obliget promittentem; & communiter negatiuè respondent DD. Ita Sanchez de matrim. tom. 1. lib. 1. disp. 9. num. 5. & universum de omni pactione docent Angel. verb. pactum, num. 4. Sylvest. eodem verb. quæst. 4. Armilla ibidem, num. 2. Tabiena ibid. quæst. 2. & de promissione ad sponsalitatem, Veracrus. part. 3. Speculi, art. 19. post 5. concl. 3. Corduba lib. 1. quæst. 13. dict. 2. vbi alios citat, & uniuersitate omni contractu docet Richardus in 4. distin. 27. art. 1. quæst. 2. Guilielmus de Rubeis quæst. 1. art. 1. Gabriel quæst. 1. art. 1. norab. 3. Docent igitur eum, qui scire promisit aliquam ducere, tantum teneri ratione danni illati, si corrumpit, non aliter. Vide etiam Molinam de iust. tom. 4. disp. 352. Et ratio horum omnium est, quia obligatio promissio- nis pronenit ex lege positiva, quam quis libi imponit. Sed nulla lex obligat, nisi legislator velit ut obliget. Ergo quando quis promittit animo non se obligandi, promissio, quæ sit lex priuata, non obligat.

2. Sed aduersus hanc sententiam insurgunt duo lumina etatis nostra, Basilius Pontius de matrim. lib. 2. cap. 4. & lib. 12. cap. 2. & Gabriel Vasquez disp. 6. de matrim. cap. 3. hanc sententiam securus est etiam Turrianus in 2. 2. tom. 2. disp. 64. dub. 15. Proabant igitur hi Doctores, quod eo ipso, quod quis profert verba promissio, & quæ sit esse promissio, & illi, cui sit promissio, sunt insinuata, ex naturali

iure tenetur ad fernandam veritatem, cum promissio debeat esse fidelis, itaque qui promisit, non potest sua voluntate, tollere eam naturalem obligationem, & non potest esse voluntas proferendi externa signa promissionis, sive contractus, sive implicito animo se obligandi. Et hæc omnia probat validissimis rationibus Pontius ubi supra, que etiam procedere in votis demonstrat.

3. Ex quibus patet responso ad argumentum Sanchez. Nam responderetur obligationem promissio- nis non oritur ex voluntate promittentis, sed ex naturali iure, quod debet esse coniuncta verbis veritas in futurum, quam non potest auferre à verbis, qui promittit. Vnde inferit Pontius eum, qui scire promisit, & sub ea spe virginem decepit, teneri implete promissum, etiam si datus conditionis sit, vel in nobilitate, vel in diuitiis, dummodo reuera nullum aliud signum exteriorum faciat, quo indicaret cum dolo promitti; disposita enim illa conditionis non est argumentum sufficiens dolii, neque fictionis. Et hæc omnia solidè, vt semper solet, conatur probare. Sed his non obstantibus primam sententiam Sanchez, & aliorum nempe promissionem fictam non obligare, puto in praxi tutam, & probabilissimam esse, quam nouissime tenet Villalobos in summo. 1. tr. 21. diff. 2. num. 1. Coninch de Sacram. disp. 21. dub. 2. num. 7. Molin de iust. tom. 2. tract. 2. disp. 352. num. 4. Layman in Theol. moral. lib. 5. tract. 10. part. 1. cap. 2. num. 10. & alij.

Sup. hoc Inf.  
in Ref. 148.  
§. vtr. & Ref.  
149. & 150.  
& etiam  
Ref. 151.

## RESOL. VIII.

*An si in sponsalibus filii iuramentum apponatur non tamen animo se obligandi, oriatur obligatio praestansdi, quod promissum est?*

*Et an ex hoc non oriatur obligatio iustitia erga compartenem, vel per talen promissionem non inducatur impedimentum publica honestatis? Ex part. 5. tr. 14. & Mise. 2. Ref. 33.*

§. 1. **A**ffirmatiuè responderet Ioan. Praepositus in 3. part. D. Thome quæst. 9. de sponsal. dub. 4. num. 41. quia obligatio iuramenti non oritur ex eo, quod aliquis se velit obligare, sed ex eo, quod re ipsa voluntariè Deum afflumet in testem rei futuræ, nam reverentia Deo debita obligat, vt id prestatemus, quod sub diuina attestacione nos facturos promissimus, ne aliquoquin Deum testem falsi accersere censeamus. Igitur quamvis vi promissionis nulla oriatur obligatio erga compartenem, oriatur tamen obligatio religionis erga Deum faciendo id, quod iurauimus, cum res sine peccato fieri possit, & legibus non prohibetur. Ita ille, & antecillum Caetanus in 2. 2. quæst. 19. art. 7. ad 4. Couarr. de patris. part. 1. §. 5. num. 2. Sotus de Iust. lib. 7. quæst. 1. art. 7. ad 4. Aragon, in 2. 2. quæst. 8. art. 7. Henriquez lib. 11. cap. 13. num. 2. in glossa tit. Z. & alij. Hæc sententia est probabilis.

2. Sed contraria non minus probabilem esse puto, quam cum multis tuerit Sanchez de matrim. lib. 1. disp. 9. num. 9. quibus addo Mercurum in 3. part. D. Thome quæst. 43. de matr. dub. 1. non enim Deus acceptat iuramentum nisi secundum hominis intentionem, ex can. humana aures 22. quæst. 5. Nota tamen quod stando etiam in prima opinione, ex illa non oritur obligatio iusticia erga compartenem, vel per talen promissionem induci impedimentum publica honestatis, quia in ratione sponsalium nulla est promissio, defectu consensus, quod docet Praepositus ubi supra 23. §. Vetus. & ita Ref. 24.

## RESOL.